





1705 T. Berger Z. 9.

1. Berger, Jo. Henricus: De usu actionum penalium

1^o Berger, Jo. Henricus: De usu actionum penalium.

Vom Nutzen dener rechlichen Klagen, so in Römischer Recht.

1^o Berger, Z. 9. Tunc auf einer zweyne Stufe gerichtet seyn. Recens. 1740

2. 3. Blumann, Sigismundus: Supplementum prior de occul-
tatione veritatis licita. 2 Exempl

3. 4. Blumann, Sigismundus: Supplementum posterior de
occultatione veritatis licita

4. Engelbrecht, Georg Faust: De damno innocentibus
in bello dato

5. Naevius, Joh. Carolus: De reperi et nova liberorum
emancipatione, interdictione aquae et igni [is!], In-
portatione, banio, condemnatione ad lirimes,
fustigatio cum proscripta relegatione etc.

6. Naevius, Joh. Carolus: De liberorum legitimacione,
adspitione, unione proutiam et mortuorum patrum
post postnatalis effectibus.

6^o Röhrensel

7. Sebuck, Heinricus Sonckus: *Fonios obligationum probatio
publicis publice visibet.*

8. Strauss, Gottfried: *De publicis iudiciorum*

9. Werner, Dr. Balckauer: *De clausula cum libera
in mandatis extrajudicitalibus omni jure
superflua.*

10¹⁵⁶ Werner, Dr. Balckauer: *Exercitatio jurisdictio, qua
selectas conclusiones forenses ... publicae
ventilatione subjicit. 2 Tomus*

1706.

1. Berger, Dr. Gottlieb: *De somno meridianus.*

2. Berger, Dr. Heinrich: *Studiorum etiamque et publicis
iuris canonici praelectiones per humanitatis
inventat.*

3. Hornius, Thys Henr; Ordinis, iuridici ... docum:
lechii benevolo s.p.d. (ad disputationem
publicam Iohannis Gottlieb Koenig invitas)

2, b

7. Hornius, Klop. Henr : Ordinis iuris. . . Recensus:
lectio benevolo s-p. 1. (ad Preparationem inuenit
Christiani Feisti Heili' iustitiae)

5. Hornius, Klop. Henr : De die tricentimo, vulgo
6^o anno Regni Augusti.

6^o Hornius, Klop. Henr : De libro metallico
antigrapho (Gegen-Buech) 2. Ed. 1719.

6^o Hornius, Klop. Henr : De libro metallico, qu.
antigraphus (Gegen-Buech) diuersa. Ed. 1710.

7. Hornius, Klop. Henr : De omnibus feudis in
partibus et de mortis constitutis et acquirendis
feudum et in specie de prescriptione feu-
dati

8^o Hornius, Klop. Henr : De beneficiis Comprobatoriae
constabularum omnipotente. 3. Sept. 1706, 1706
Recens 1740.

9. Hornius, Klop. Henr : Recensione iuristicae
et lectionis



1706.

10. Naemius, Johannes Carolus : De jure animalium, in sufficientiis et timoribus
11. Seebach, Henr. Ernest : De signore noxii seu obligatione ex facto animali nostru.
12. Vaber, Christopherus : De venenis et philtibus propriatis aliisque modis applicatis.
13. Werner, Dr. Bellius : Dissertationem inauguralem Juridicam, qua depositio legis I. C. quando libellus principi datum estis contestationem fecit? expletus . . . publicae ventilationi subjicit. . .



B. C. D.

31.

5

1705
2

DISPUTATIO PRIOR,
Quam
RECTOR E MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP E AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPE REGIO ET EL.

SAX. HÆREDE,
DE

OCCVLTATIONE
VERITATIS LI
CITA,

P R A E S I D E

M. SIGISMVNDO CLEEMANNO,

GVBENA - LVSATO,

RESPONDENDO TVEBITVR

CHRISTIAN. DIETERICVS VVESTPHALVS,
STORG OV. LVSATVS.

AD. D. VI. MAI. ANNO MDCCV.

H. L. Q. C.



WITTEBERGÆ,
Literis SCHVLZIANIS, Acad. Typogr.

EMINENTISSIMIS LVSATIÆ INFERIORIS
PROKERIBVS,
REVERENDISSIMO, ILLVSTRISSIMIS,
PERILLVSTRBVS, GENEROSISSIMISQVE
DOMINIS,
PRÆLATO, COMI-
TIBVS, BARONIBVS,
Itemque
VIRIS GENEROSIS, MAXIMEQVE STRENVIS,
vt &
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS
PRUDENTISSIMISQVE,
DOMINIS SVIS GRATIOSIS-
SIMIS,
PATRONIS ATQVE FAVORIBVS
OMNI PIETATE ET OBSEQVII CULTV
PROSECVENDIS,
EXIGVAS DISPVTACTIONI DESTINATAS PAGEL-
LAS, TANQVAM SVMMAE ADVERSVM IPSOS OBSER-
VANTIÆ ET PIETATIS DOCUMENTVM,
EA, QVA PAR EST, REVERENTIA,
ET OBSEQVII RELIGIONE
OFFERT CONSECRATQVE
M. SIGISMUNDVS CLEEMANNVS,
GVBENENSIS.





I.

Q. D. B. V.

S. I.

Uam alioqui reprehensionem nonnulli propter tenuem, de quo scribunt, argumentum incurunt, eam forte jam evitabimus. De veritate enim nobis nunc sermo erit, & actus, circa eandem versantes, in disquisitionem nostram venient. Tantum autem abest, ut veritas infra philosophi curas atque considerationem posita sit, ut potius illam ubique sapiens anxie quærat, atque eandem in quovis negotio agnoscat pro scopo industriæ suæ præstитuto. Nec laudes ejusdem ex veterum scriptis, in quibus διὸς θυγάτηρ Deorumque ὁμόπολις ac συνδικητωμένη audit, hinc inde arcessere nobis constitutum est. Quippe res in se clara, & inquam pronis prolabimur amplexisibus, non ex philosophorum placitis colorem expectat, nec ut ex iis demum fidem atque auctoritatem acquirat, necesse habet. Namq; decore suo apud Philosophum, in contemplativis scientiis versantem, tantum sui concitat desiderium, ut nullis vigiliis, nulli labore parcat, donec tandem, dispulsis omnibus, quas ipsi vel intellectus imbecillitas, vel dissentientium tergiversati-

A 2 ones

ones, vel mille alia offuderunt, tenebris, ad veritatem per-
venire, eaque adinventa syaviter acquiescere possit. Hanc
laudem jure suo tuetur veritas, quæ rebus inest. Non mi-
norem autem meretur, imo ne huic quidem loco cedit ea,
quæ pectori nostro verbisq; inesse debet, & quā alias discri-
minis ergo veritatem ethicam seu veracitatem nuncupant.
Et certe si ad effectus, quod utique fieri debet, eorumq; præ-
stantiam & multitudinem respiciendum, ac secundum eos
dirimenda sit lis*, palma deferenda erit posteriori, veritati
videlicet practicæ. Evidenter theoretica illa veritas, ejus-
demque consecutio hominem sapientem; ast practica atque
moralis pium reddit ac probum, quod sane longe præstan-
tius est. Quanto ergo, si imprimis utilitatem humanam
spectaveris, philosophia practica præstat contemplativam,
tanto quoque præstantia antecedit veritas moralis illam,
quæ in mera theoria subsistit. Conferri hac de-
quæstione, an videlicet philosophia practica præfe-
renda sit speculativæ, Durrius in Probl. Eth. Cent. Probl. I. & Pic-
colomineus in philos. de moribus Gr. Vto. Cap. XLIV. possunt. Addo
tantum illud, quod plurimi ex antiquioribus Philosophis
practicam philosophiam imprimis sibi excolendam dux-
erint, cum Socrate existimantes, ea, quæ supra nos, nihil
ad nos pertinere. Is enim, teste Diogenes Laertio in vita p. m. 99,
animadvertisens, naturalis speculationis fructum nullum esse, eamque
ad officia vita nihile esse necessariam, ea potius inquirenda bortabatur,
que mores instruerent, & quorum usus nobis domi esset necessa-
rius. De septem quoque illis Graeciæ sapientibus res con-
stat, utpote qui omnes, excepto Thalete Milesio, quem
mathesi atque physicæ operam dedisse tradunt, morali
scientia famam sibi atque sapientiæ nomen pepere-
runt, & quorum ingenii, quæ ad nos pervenerunt, monu-
menta,

Satis quidem hi, qui ex metu veritatem in ineundis
paetis vel nudis vel juratis occultare non erubescunt, con-
tra honestatis regulam peccare mihi videntur. Interim
non adeo perverse agunt, uti illi, qui non propter metum,
sed potius propter utilitatem, vel à fortuna, vel ab homini-
bus monstratam, à veritate recedunt, nulla honestatis ha-
bita ratione. Qui enim ex metu quovis aliquid peragunt,
& ad ipsius rationem verba sua metiuntur, adhuc quædam,
licet apparenter talia, habent, quæ in causæ suæ præsidium
adducere possunt. Coactionem enim aliquam externam
caussari queunt, extra quam si res constituta fuisset, animum
forsitan ad ejusmodi verorum occultationem non induxis-
sent. Id quod omnino, si non à vitio liberat, attamen non
tam gravem aliquam censuram, quam potius commisera-
tionem quandam excitare potest. At enim vero iis, qui ver-
ba sua non præscripto rectæ rationis, sed qualitate commo-
dorum atque jucunditate metiuntur, nullum firmum præ-
sidium, quo facinus excusare queant, videtur relictum.
Quippe nulla exteriori vi coacti plane libere se applicue-
runt auctui vitioso; & ita cum eo in negotio nihil adinvenia-
tur, quod moralitatem, ut ita dicam, ab auctu ipso arcere
posset, hinc & effectus seu imputatio eundem consequitur.
Quo magis enim ab omni vi cogente fuere immunes, eo
graviorem reatum sibi contrahunt, utpote qui appetitui in
mala sub specie boni prolabenti habenas injicere potuissent.

Nos occultari quidem veritatem, non autem quovis tem-
pore & apud quemvis, licite posse asserimus. Restrictione
enim atque limitibus quibusdam, si unquam, nunc opus erit,
quibus totum negotium circumscribi debet. Qvum vero,
ad eo melius superandum laborem, jam ante occultatio-

nem veritatis in actum tum omisorium , tum commissoriū dispescuerimus , primo quidem videndum nobis erit , quo tempore actum omisorium , qui tacendo & silentio absolvitur , licite adhibere possumus .

§. IX.

Tacendo igitur veritatem celare licebit , quando videlicet pietas , quae superiori propter generationis , vel educationis , aut gubernationis beneficium debetur , nos neque lege aliqua tacita , neque expressa adstringit , ut verum a nobis manifestetur . Veritatem porro silentio tegere licebit , quotiescumq; tum amor rectus erga quosvis pares , tum justitia praelertim commutativa illa , ad eam prodendam nobis nullam fert legem . Si enim ejusmodi veri occultatio pro actu virtuti consentaneo & laudabili haberi debet , certe ea ipsa cum aliis virtutibus , quas jam enarrayimus , pugnare non tenetur . Hac enim ratione vinculum illud sororium , quo inter se invicem colligantur virtutes , disrumpetur , atque harmonia inter easdem vanas in auras abiret . Præterea , si eum in modum ipsæ interser dissentirent , repugnantiam id sane aliquam in Deo , utpote in cuius sanctitate & justitia fundatae sunt virtutes , importaret atque evinceret .

§. X.

Facile quoque demonstratum iri vel ex ipsis principiis legis naturæ confidimus , quod ad ejusmodi veritatis occultationem confugere nonnunquam liceat . Enimvero actus hic in reticenda veritate consistens ut plurimum imo semper societatem , ubi quis non secum duntaxat , sed & cum aliis agit , respicit . Unde ad ea solum principia , quae ad tueri & conservandam societatem sapientissimus creator nobis indidit , recurrere jam placet . Præcipit vero naturæ lex , ut ne vel quacunque re & ita etiam sermone lædamus vitæ nostræ socium , sed eidem attribuamus suum . Ast enim vero ,

vero, quando silentio ea prēmo, ad quæ aperienda me officia neq; superioribus, neq; paribus, aut etiam auctoritate & ætate exilioribus debita adiungunt, alter tunc certe ita à me nequaquam läditur. Læsio enim tum accidisse censetur, quando aliquid susceptum est vel in personam alterius vel in res ipsi proprias; Veleriam, quando quædam peraguntur, de quibus nobis constat, quod exin aliquid incommodi redundaturum sit in auctoritatem & res alterius. Hinc quoq; Grotius de J.B. & P.L. II.C.XXI. §.10. aliud esse damnum directe datum, aliud, quod in consequentiam venit, docet. Qvum autem silentium meum circa talia versatur, quæ ad interrogantem plane non spectant, & cujus non interest ejusmodi scire, tum sane ille in re aliena lädi non potest.

S. XI.

Præterea quoq; nec ea regula evertitur, quæ cuivis suum tribuendum esse dictat; Nihil enim ulli aufertur per ejusmodi occultationem. Manet interea omnis vigor officiorum, quibus eidem alias obligor, manet auctoritas, licet ipsi talia non revelem, quæ ad alterius res pertinent. Injurius multo potius, si res aliter à me gereretur, in hoc ipsum Sapientissimi Creatoris præscriptum essem; Plura enim eidem, quam illi profuo in me vel rectorio vel æquatorio jure deberentur, tribuerem.

S. XII.

Huc accedit, quod alias facilis in nonnulla vitia foret prolapso, ni aliquando admittere vellemus occultationem in vero reticendo consistentem. Et quid fieret cum faciturnitate? Proscribenda sane atque exterminanda illa esset ex Ethicorum Systematis, si veritatem semper efficiendam, nec aliquando eandem reticendam esse dixerimus. Imo garrulitatis atq; imprudentiae notam effugere haud licebit, nisi cauta circumspetione hic utamur, & veritatem in pe-

ctore reconditam, aliquando aslervemus. Huc faciunt, quæ
habet Clariss. Hendoorn in Elbica Perip. p. 358. Cum neglectis circum-
stantiis tacenda effamur, peccamus garrulitate, quæ virtutem maxime
noxiū est humane societati, cum Soror sit calumnia, māter rixarum,
odii, injuryia, homicidii, ceterorumque omnis generis malorum. Tan-
tum igitur abest, ut actus hic ormissorius vitii nomen mereatur,
ut potius à fedelissimis vitiorum amplexibus nos abstra-
hat.

§. XIII.

Manifestum exinde evadit, quod toties mentis meæ sensa
expromere non teneat, quoties alter à me eadem nullo
jure exposcere potest. Quod si ergo ejusmodi intempestive
curiosus investigator, nullo, quo se tueri possit, jure gau-
dens, ex me aliquid querat, postulatis ejus ambitione ple-
nis obtemperandum non est. Nimirum enim, quam par es-
set, quamque conditio ejus permitteret, auctoritati ipsius tri-
buverem, atque de jure meo, quod & ego allegare pos-
sum, in meum detrimentum plura remitterem. Quemad-
modum igitur in obsequiis alteri præstandis semper ad fun-
damentum obedientiæ meæ respici debet, num ea, quæ ab
altero mihi præcipiuntur, vel ad quæ sponte me offero, ad
jus illud spectent, vel tamen commode ad id referri queant,
quo alteri obligor: ita & in actionibus, quæ circa sermo-
nem veritatemque aperiendam suam exerunt operam, ex-
amen & inquisitio ejusmodi institui debet. Alias enim
officia ex immutabili lege naturæ nobis incumbentia muta-
tionem aliquam subirent, & plane aliam faciem aliosque li-
mites acciperent: ita, ut quod uni officiorum generi
præter meritum subtractum fuisset, alteri per injustitiam
adjiceretur.

§. XIV.

Ex his itaq; prono alveo fluit, quod licite omnino à Prin-
cipe nonnunquam occultentur ea, quæ vel adhuc peragere
animus

animus ipsi est, vel, si jam ipsa executio consultationem excepit, finis & scopus actionis susceptae tegatur. Procedere istud potest in iis actionibus, ad quas cum Subditis communicandas nullum ipsum adigere potest pactum antea cum iisdem initum. Sufficit enim eo in negotio, si ipse Princeps utilitatem querat Subditorum, quibus ipse vel naturae vel electionis beneficio praest. Ut autem ea omnia, quae in Principis Sacrario geruntur, resciscat Subditus, nullo jure exposcere potest. Quinimo Gramondus adeo nonnunquam veritatem occultandam esse cenlet, ut ipsa non cuvis etiam ex eis, quos Princeps ex Subditis ad communicanda cum iisdem consilia sibi elegit, innotescere debeat.

Ur. de Lib. I.
Histor. Gall. p. 9. quandoque, inquit, è re regni est, in conscientiam rerum acciri è pluribus unum, nempe si fide prævalet & Sapientia.

Multa quoque exinde oriorentur incommoda, quæ tum Principis tum & Subditorum jugulum petere possent. Conferri in hanc rem meretur Didacus Saavedra in Symb. Pol. Embl. XLIII.

In eo quidem adstringitur Princeps Reipublicæ, ut videlicet salutem ejusdem quererere velit. Ut vero etiam media, per quæ ad finem præstitutum se perventurum credit, in omnium animis & ore sint, expressum aliquod, præter illud generale, pactum requirit.

Videatur Jacobile-Bleu Dissert. de Simulacris regnantium, quæ extat in Disputationibus ejus Politicis.

S. XV.

Idem quod Principi licere jam diximus, etiam de ejusdem amicis interioris admissionis & arcanorum arbitris dicendum erit. Hi enim omnino, quamvis ab altero interrogati, fidem silentii præmissam & sepius solemnij juris jurandi religione confirmatam servare sanctam tenentur, ni tum Principis iram ob violatum foedus, tum & ipsius DEI, utpote qui perjuria summo prosequitur odio, penas sentire veant. Silentiorum exinde nomine eosdem insignitos fuisse.

IVX

B 3

se con-

se constat. Sic & veritatem licite celare possum sciscitatem, quid alteri concredere fidei meæ placuerit: præsertim cum arcana ejusmodi conditionis sint, ut ad interrogantem non spectent, adeoque ex silentio & occultatione mea nullum discrimen in eundem fortunasque ipsius redundatur sit. Ad illicita enim atque inhonestata adigendi jus in me talis non habet. Illicitum vero omnino est, fidem alteri semel datum acceptatamque garrulitate ejusmodi & sine justa causa frangere. Jus enim, quod alter acquirere potest, latius, quam honestatis ratio præscribit, neutquam debet extendi.

S. XVI.

Aliter vero res in ineundis contractibus se habet. Nam si multac in contractum descendunt aliqui, alteri omnino jus aliquod accrescit, cuius beneficio iste, cum quo paciscimur, & illa requisita, quæ ad contractum legitime constituentum ejusq; actus præcedaneos spectant, expectare pariter & desiderare potest. Quid vero magis ad contractum legitimum pertinet, quam animi candor verborumque integritas? In contractibus enim omnia id aperiendum, quod natura contractus intelligitur exigere, inquit summus Grotius Libr. III. C. I. de J. B. & P. Veritas idcirco hic male in ineundis contractibus celatur, quod imprimis in emtione & venditione, quæ sub contractus nomine comprehenduntur, observari debet. Sic in venditione rerum non recte occultantur defectus, qui rei vendendæ ita inhærent, eandemque contingunt, ut emtor illos perspicere, ignorantiamque suam vincere nullo modo possit. Indicari quippe debent, non solum qualitates rei aestimabiles, sed & privationes earundem sive vitia, utilloquitur Pufendorffus de J. N. & G. L. V. c. III. Addo, quod & inæqualitas ex tali occultatione facile inter emtorem ac venditorem ori-ri posset, cum tamen natura & finis contractus in rerum permutandarum æqualitate consistere debeat.

XVII.

XVI.

Nec semper veritas statim aperienda est, simulac aliquis de fide atque religione, cui sit addicetus, interrogatur. Hic enim in quærentis personam paulo altius inquirendum, & quocum agamus, disisciendum est. Videntur enim omnino, an etiam quærens jure aliquo in me tueri se possit, & annon potius ille abutatur exercitio juris, vel propter mentis sive impotentiam sive malitiam incapax haberi possit, qui talia à me justo titulo exposceret queat. Quin & ad effectum & eventum professionis hujus caute respici debet. Hæc enim qui non rite observaverit, facile errabit, atque in Deum parum reverens, erga se ipsum improvidus, & denique erga alios parum justus erit. Utne de ceteris circumstantiis quicquam afferam, quærum si accuratiorem inire vellem rationem & numerum, vastus mihi pandetur campus, sed propter charta angustiam non superandus. Hinc & Magnif. Dn. Röbrensee, Praeceptor noster at quo Patronus sancte colendus, tali in negotio occultationem veritatis locum habere posse putat, in Prudentia sua moral p. 495. inquiens: Privati homines sicut non habent ius ac potestatem interrogandi atque examinandi alios de rebus ad se non pertinentibus, se præcipue id siat malo proposito & periculis fruendi causa, sic interrogari respondere non tenentur, sed vel tacere, vel interrogationem eludere ac dicere possunt: quid ad te, quorsum me rogaris?

XVII.

Et summatim ut omnia complectamur, quandoquidem alias DEI gloria ejusque amplificatio pro ultimo omnium actionum scopo habetur, hinc & ad eandem, dum occultanda veritati operam nostram impendimus, semper oculos nostros convertere tenemur. Reticeri igitur veritas salva conscientia potest, quando per Silentium nostrum nihil Creatori, ejusque maiestati vel ex parte vel in universum decedit, nec periculum ex occultatione nostra imminet, ne ex honore divino, qui propter innumera in nos collata beneficia semper promoveri debet, aliquid decerpatur. Ex his igitur & illis, qua jam supra à nobis monita sunt, liquet, parum inesse roboris argumento, quo se muniant, qui omnino reo libertatem facinora sua silentio vel ad tormenta, usque premendi indulgent. Amor enim, quo quisque in se fertur, subordinatus, non vero contrarius amori & reverentiae, quæ Deo debetur, esse debet. Et nimius amor in memet ipsum, tandem in odium erga Deum degenerare videtur. Plura, quæ hoc faciunt, invenies apud Thomas. Jurispr.

div.



div. L. II. C. VII. Et mirum sane, quod & ipsi barbari, &c qui plurimi in negotiis hominem quasi exusile videntur, tamen hac in re rectius, quam multi philosophi Christiani, senserint. Unde Haybonus de Tarcaris, hominibus aliqui mendacissimi Cap. 84. afferit, neminem eorum, qui scelus ad triserint, & ideo à Domino interrogati fuerint, veritatem reticere, quamvis & ex ea confessio ne morte sibi imminere noverint.

XVIII. usq; xij. nonas Julij sive mis

Nec illi veritatem silentio in iusto aut interpellatio tegunt, qui per illud salutis atque utilitatis proximi consulere volunt. Rem quoque non infeliciter cessisse, experientia testis est. Inquit enim in res præsca uitate gestas, & historiarum monumenta perlustranti, varia se offerunt exempla, que occultationem ejusmodi multum peperisse commodi, testantur, ex quibus unicum modo adduxisse sufficerit. Sic forsitan A.C. 1566. spes Sigethum, multissimum Hungariae inferioris castellum, expugnandi una cum Imperatore Solymanno intermortua in Turcarum castris fuisse, ni eocundem Praefectus & Supremus post mortuum Tarcarum tyrannum Dux occulat. Solymanni obitum, atque militum ardorem, ex praesentia Principis ortum, in vigore conservasset. Videatur Petr. de Riva, Comes Turoc. de mon. Hung. p. 92. & Hieron. Ortellius in Chron. Hung. ad h. a. Verum nimium securis hac in re nobis esse non licet, & dum unum oculum ad proximum iuvandum convertimus, altero semper ad Deum ejusque gloriam respiciendum erit. Quo enim excellentius numen homine est, quoque pluribus benevolentia signis ab eo notati fuimus, eo etiam majore in pretio atque cura honor ejusdem nobis esse debet.

XIX. usq; xiiij. id est nonas Julij sive mis

Quando præterea silentio nostro a proximo periculum in ipsum immittens averti, vel ejusdem res adaugeri possunt, occultatione ejusmodi ut, ni honestatis lex & alia arctior obligatio, qua alteri devinciris, reclamet, sine conscientia quietæ vel bonæ famæ jactura possumus. Circumstantia vero hic semper aliquanto penitus considerandæ sunt, quandoquidem nonnumquam vel una earum rei aliam planè qualitatem moralè tribuere potest. Idem, quod proximi adjuvandi causa nonnunquam licet, propter meam utilitatem citra censuram à me suscipi posse, quid vetat? præsertim cum mihi constet, quod ex utilitate mea, quam per talen veri reticentiam capto, nullum damnum nihilve detrimenti in alterum redundare posse. Que ex multis monuisse pro ratione temporis & chartæ sufficient.

menta locum sibi non in contemplativa, sed practica philosophia vendicarunt. *Vid. Paschius in Invent. Nov-antiquis c. IV.*

§. II.

Quum autem veritas ratione subjecti & disciplinarum varia sit, atque in Logicam, Metaphysicam & Ethicam dividatur: Hinc, ut ad scopum paulo proprius perveniamus, paucissimis duntaxat, quandoquidem haec ubivis obvia sunt, de eo discrimine agendum erit. Atque ut à Logica veritate ordiar, varie à variis illam descriptam legimus, ita tamen, ut in eo tandem plurimi consentiant, quod congruentia sit cognitionis cum re intellecta. Quantum ad Metaphysicam attinet, ea dicitur esse illud, quo quid revera id est, quod esse dicitur. *Vid. Donat. Metaph. usual. C.VII & ejusdem Controv. MSS. Ques. XVI.* Verum utramque, utpote in foro ethico vertentes, nostram hic non facimus. De morali seu ethica, quicquid in posterum dicetur, intellectum volumus. Illam vero in eo consistere dicit Illustr. Pufendorffius de J. N. & G. Libr. I. c. I. ut signa ac imprimis verba commode animi nostri sensa representent alteri, cui eadem intelligendijus, queque, ut ipsi appetiamus, nobis perfecta obligatio aut imperfecta incumbit, idque eo fine, ut vel idem ex intellecto animi nostri sensu commodum aliquod adipiscatur, vel ne, ubi diversum fuerit significatum, damno prater meritum multetur. Evidet veritas, quod nemo temere negaverit, virtus est. Quum autem virtus sub genere bonorum contineatur, atque bonum plerumque sit sui communicativum: (unde & Aristoteles inter affectiones summi boni l. I. Etib. C.V. ponit τὸ κοινωνικόν) hinc quaestio oportiri posset, an veritas semper & sine discrimine ita sit virtus, ut eam omni tempore alteri communicare, nec unquam eandem occultare teneamur. At enim vero, quemadmodum alioquin actiones, quae malæ & virtuti contrariae vindicentur, pro ratione circumstantiarum bona fieri possunt:

ita non omnem veritatis occultationem refragari officio prudentis ex posterioribus patebit. Atque vel ex hoc elucet, quod veritas in medio rationis consistat.

§. III.

Qvum ergo ex his abunde satis constare cuivis possit, quid per veritatem intelligamus, quo ve in significatu heic loci ea inveniatur, hinc circa dissertationis nostræ rubrum nihil nobis videtur esse reliqum, quod difficultati obnoxium sit. Quid enim dictum velint auctores per occultationem, neminem fugiet, nisi eum, cui omnia occulta atq; ignota videntur. Ut adeo occultatio veritatis in præcisione ab omnibus circumstantiis, atque ex iisdem proveniente effetu seu imputatione, nihil aliud nobis denotet, quam ejusmodi actum, propter quem quis ad veram & genuinam rei notitiam, altero sic volente, pervenire nequit. Sed intra carceres confusæ cognitionis nobis hic subsistendum non est. In naturam potius hujus occultationis inquirendum paulo penitus, & quotuplici ratione celetur veritas, videndum erit. Si duobus modis id fieri posse dixero, totum mihi negotium exhaustissime videor. Nonnunquam enim homo rei vel propriæ vel alienæ studiosus unica tantum actione obtinet scopum, si videlicet veritatem silentio tegat, eandemq; occultet. Aliquando autem per nudam veri reticentiam illius boni, quod intendit, potiri non potest. Inde ulterius adhuc progreditur, nec veritatem modo reticet, verum etiam actui suo adhuc aliquid admiscet, falsa videlicet proferendo. Duo ergo actus exinde proveniunt, quorum unus omis-
sorius & negativus, alter vero commissorius & positivus appellari potest.

§. IV.

Hi igitur actus, quoniam in genere morum considerari, atque ad normam honestatis dirigi debent, modo liciti sunt, modo etiam plane in honesti. Quodsi enim circa priorem actum

actum illum omissorum neque loci, neque temporis, neq; ipsius objecti, tum personalis tum realis, ratio rite habeatur, omnino illud imputationem saepius propter influ-
xum indirectum gignit. De altera specie occultationis hujus cur idem sentiamus, rationibus bene multis non du-
cimur, sed plane trahimur. Quum enim divinum numen in omnibus suis rebus atq; sermonibus dicatur veracissimum, hinc eo proprius illud, quod falsum dicitur, ad pravitatem atque vitiorum complexum accedere videtur, quo longius à natura divina distat, quoque magis cum Dei natura pur-
gnare illud animadvertisimus. Et res hæc colore suo ita se-
fane commendat, ut homines non ex eruditorum vulgo, in-
ter quos ex antiquioribus Augustinus, & ex recentioribus Heereboordius recensendi nobis veniunt, in eam abierint sententiam, ac si actus hic commissorius semper, velut res
vituperio digna, in culpam imputetur auctori. Quam ve-
re ac firmiter hæc proferantur, deinceps videbimus. Nos,
media incedentes via, diffiteri non possumus, quod talis oc-
cultatio veritatis, ubi illa sub falsitatis involucris delitescit,
ali quando, imo saepius, culpa non vacet. Interim tamen, ut
talem veri reticentiam, quavis occasione adhibitam, in vi-
torum numerum referamus, impetrare à nobis non pos-
sumus.

§.V.

Dum vero occultationem veritatis interdum licite susci-
pi posse asserimus, palpum obtrudere errori eorum mens
nostra non est, qui honestati nuncium mitti omnino negant,
licet quis vel ob quemvis metum imminentis damni & pe-
riculi veritatem celet illum, qui tamen jus eam
sciendi habet. Conscientiae enim nostræ ea ratione
nimis laxi ponerentur limites, si tristia quæcumque ab
interna legis naturalis obligatione nos liberare posse creda-
mus. Perferenda potius sunt tristia, & toleranda damna ac
mala

mala fortiter, quam lex divina violanda; & si quid metuendum, ne contra legem naturae & honestatem aliquid a nobis suscipiatur.

bonorum inquit bulli ordinatio
ETIQUETTE DO dicuntur eius

Nec ad eorum castra accedimus, qui & in pactis jure jurando munitis, in quibus tamen sanciendis ipse Deus velut testis probitatis nostrae atque vindicta possit afferunt, si modo metus gravioris alicujus mali perjurio fraudibusque praetexi queat. Sed cum secundum Pufendorffium de J.N. & G. Cap.II.L.IV. *juramenta tantum aliquod accessorium ad pacta sunt*, hinc, quod in pactis nudis iniunctate scatet, in iis, quae juramento confirmata sunt, bonum fieri nequit. Propter metum enim ab altero incussum jurisjurandi natura non mutatur, nec obligatio, quae ex inenalcitur, ceflat. Quam qui semel subiit, certe vindictam DEI sibi, si promissis non steterit, advocasse intelligitur. Quid vero magis extimescendum, quid quoque illa terribilius est? Adeoq; omnino, si quicquam, id certe cavendum erit, ne eandem calliditate atque fraudulentia sibi quisquam accersat. Imo inter quævis vel maxima pericula tamen illud præ cæteris vietandum erit, quod ex laesione ipsius numinis divini nobis impendet: quandoquidem eo, velut summo bono, laeso omnia alia amittimus bona, quæ sub illo comprehenduntur, & ab eodem in nos collocantur. Multum igitur impietatis & prudentiae parum habet ista veritatis occultatio; Qui enim isto modo discrimen, quod forte soli corpori imminet, effugere cupit, in multo gravius incidit, & conscientiae suæ (cujus autem rei potior habenda erit ratio?) parum caute consulit. Adeo evitatio unius scopuli prolapsio in aliud est! & qui Charybdim prætervehi gestit, in Scyllam, longe gravius malum, ruit.

§. VII.

W. Henberg, Diss., 1705

ULB Halle
008 559 767

3



B. - *C.* - *D.*

31

5

3

1

DISPUTATIO PRIOR,

Quam

1703

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO AVGVSTO.

PRINC

